

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque Exercendi se cum fructu in præsentia Dei

Coloniæ Agrippinæ, 1687

Caput III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-46004

De præparatione ad orationem.

fil

be

va

pr

111

ne

qu

ra

ta

tic

an

ce

ce

m

tis

in

re

ev

fe

n

Q

ex

le

el

le

ti

C Ollicité ac diligenter ante orationem sacra monente Scriptura, præparare nos debemus, ac disponere, ne potius indignationem adversus nos divinam provocemus. orationem prapara animam tuam, & ne sis sicut homo, qui tentat Deum ; existimando videlicet fore, ut Deus in tui gratiam faciat miracula, cum ex parte tua deficias : id quod evenirert, si quissperaret aliquam se recepturum à Deo devotionem in oratione, adquam ille nullo modo se præpararet.

Et vero nonne Sapiens quivis Regem, aut alium quendam magnæ authoritatis Principem allocuturus, de quibusvis se concernentibus negotiis, omnino præmeditatur materiam, qua de Regi est locuturus, qualiterque se disponat, ut in omnibus eam servet gravitatem, eaque cuncta peragat reverentia, quæ illius, quicum est locuturus, debetur majestati, præcogitat? Multo igitur amplius ubi quis Deo in oratione cogitat loqui, cumque illo tractare de negotiis animæ suæ salutem, suumque profectum spiritualem concernentibus, omnino sollicitè præmeditari debet, quîcum sit locumirus, quamque sit præ se laturus & corporis & animæ compositionem, ne fortè ignominiosè repellatur, sed potius ut favorabilem obtineat petitionis suz effectum. Scopus autem universæ istius præparationis, quam nos orationi oportet præmittere, conlistic

Eccli.18. 23.

softit in phantasiæ nostræ retentione; cordis pace & cogitationum tranquillitate; ut ita liberè potentias & facultates nostras applicare valeamus materiæ, quam nostræ meditationi præsiximus, considerandæ. Quem scopum ut consequamur duplicis generis præparationes nobis præscribunt Magistri vitæ spiritualis, quarum alteram remotam, proximam alteram appellant. Prima removet impedimenta, secunda vero necessarias apportat dispositiones.

De Praparatione remota.

DRæparatio remotaita dicitur, eo quod nos I remote ac veluti à longe disponar ad illam animi tranquillitatem, atque interiorem pacem, adeo nobis ad orationis exercitium necessariam. Illain eo sita est, primo, ut nosmetiplos cultodiamus à defectibus ac pecca. In quo getis, que Dei nos conspectu efficere possent neratim indignos, deinde ut interius simus sempe praparatio recollecti præcaventes, ne sensus plus nimio consistat. evagentur, omnes cogitationes nostras observantes, & cornostrum abomnibus passionum perturbationibus liberum servantes. Quia omnium illorum, qui sacro huic vacant exercitio, experientia comprobatumest, tales nos esse in oratione, quales extra illam esse solemus : adeò ut ille qui extra illam solet esse devotus, recollectus, sensuum mortificationi addictus, modestus, & in sua conversatione sedatus, in ipso orationis exercitio ordinarie magna fruatur pace ac tranquillitate; cum illi econtra, qui fuerint indevoti, inepriis dediti, arque in exteriora effusi, curioli.

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

râ

m

te

65

lo

id

n

11

IS

le

0

il

it

0

h

T'

D

1

riofi, leves, & in moribus, & actionibus suis dissoluti, durante oratione ferme semper infinitarum propemodum impertinentium cogitationum turbine agitari soleant; quo fieri consuevit, ut nihil boni præstare possint.

Si igitur Frattes nostri hoc sibi omninò persuasum habuerint, se non esse Religioses, ac potissimum Carmelitas, nisi ut orationis exercitio vacent, omniaque Religionis exerci-Hio devo- tia in hoc unum collimare, ita sibi continuò tus Pater advigilabunt, ut nunquam coram Deo fuit ad sa- comparere hand sint parati. Hæc ipsis condinem no fideratio incitamentum erit efficacissimum. frum sin- quo ad sensus suos mortificandos, omnemque gulari be- cavendam atque evitandam a proposito abermeficio B. rationem impellantur, uti fuit Patri Hyacin-V. appella. tho à S. Laurentio dignissimo observantiz tus, in quo anno pro- nostræ Professori. Hic etenim recenter professus, cum Patrem quendam ad exequias cufessionis sua nono jusdam sancti-monialis, cui Pater ille morienti eum odore adstiterat, fuisset comitatus atque ad conven-Janditatis tum reversus à quodam,-num sanctimonialem mortuus illam tumbæ mortuariæinclusam vidisset, rofuit Andegavi A, garetur, nequaquam, respondit, alioquin enim postea mihi in orationem incumbenti defun-1636. Aa ob oculos sancti-monialis versaretur. Orations valde erat

Præparatio ista remota peculiarius considerata consistit primò in eo, ut quisaversionem tamen in- quam maximam habeat non solum ab omnibus peccaris, verum & ab omnibus etiam minimis defectibus, quippe qui liberum ad Deum

nobis accessum præpediant.

addictus

figniter

laborio-

In quo

specialing

consistat

Jus.

nec minus

Secundo in eo, ur quis exactius server arque incolar solitudinem, sugiarque occupationes

omni-

113

1-

211

r-

ac

K-

1-

lò

0

1-

le

ti

11

n

omnino omnes inutiles & supervacaneas, putà hae praillas, quas neque obedientia, neque charitas paratio
injungit, illæ etenim sine dubio mentem nosemora,
stram animumque speciebus ac figuris distrahentibus repletent. Quantum ad illas, quas evitare non possumus, ea ipsas ratione peragamus oportet, ut semper meminerimus cor nostrum ad Deo se applicandum tenere paratum.

Tertiò consistit in eo, ut cor omnino habeamus ab omni quarumcumq; rerum assectu alienum, alioquin enim multæ cogitationes & curæ inutiles snos conturbabunt, atque in nobisipsis inimici salutis nostræ invenient, unde

nos impugnare validissimè possint.

Quartò consistit in vanis recreationibus, temporis amissione, sermonibus otiosis, sensum evagatione, inutilibus, stultis, & impertinentibus cogitationibus, quæ mentem nostram non rarò occupant, lætitia vana & vana tristitia, indignatione & cordis amaritudine, omnibusq; omnino, que nos vel minimum dissipare, aut animum nostrum conturbare possunt, resecandis ac penitus rescindendis.

De praparatione propingua.

Paparatio proxima duo in se comprehendit. Illa enim consistit primo in lectione materia, circa quam quis meditari cogiter, id quod pertinet ad intellectum. Secundo in certo quodam desiderio ac same spirituali hujus Angelici exersitii, id quod spectat ad voluntatem.

Quoad lectionem, Fratres nostrisequentes lectionem regulas observabunt. Primo lectio sit me desumere diocris, neque longa nimis, necuimis brevis, en uno se ver un la libre,

verum ad materiam intellectui suggerendam guam ex pluribus, fufficiens. quia mul.

Secundo fiat cum attentione & judicio, non titudo licum præcipitatione, verum & illam bis terve, brovesma si opus fuerit, repetant, ut melius lectam commeditationis

prehendant. multipli-

lectum.

Terrio illa puncta arque illas consideratiocat nimiü nes seligent, quæ amplius illis placuerint, & ac diftraex quibus ampliorem sperant profectum, uthit intelpote quæ sint magis ad hoc, ut dilatentur in meditatione, & bona in affectione desideria excitent, idoneæ. Ubi singulariter notandum est, nimià considerationum copià memoriam obrui, arque intellectum confundi, maxime si nullum inter se habeant ordinem, sequelam aut connexionem. Nimia vero econtra illarum inopia scaturigo esse videtur certissima otiositatis, amissionis temporis, & ariditatis, que causa erit, ut intellectus tædio victus extra fines egressus evagetur, quærens quibus occupetur.

Quarto si inter legendum nihil, quod placeat aut è quo fructus aliquis speretur, occurrat, nihilominus duo aut tria puncta seligent, sperantes fore ut Deus materiam illam, quantum quidem apparet, sterilem fecundet, & sicut olim ex petra aquas eduxit, ita fortassis devotionis aquas in cordibus illorum nasci faciat. Quod si tamen id sæpius eveniret', atqueita orationis tempus sine fructulaberetur, magistrum suum monebunt, qui, si ita oportunum indicaverit, librum illis medi-

tationum cum alio commutabit.

Quin-

Quinto cavebunt exactè inter legendum nimiam indulgere libertatem intellectui, qui fortassis ob vivacitatem suam statim circa ea quæ legerint, discursus efformare voluerit; eo quod hac ratione in ipso orationis exercitio fastidio assici facillimè possent, ubi nihil illis novi occurreret. Præterquam quod istud sit animi nimium curiosi ac præcipitis signum, atque ita gratiæ Spiritus sancti obex facillime poni posset.

Sexto: Exactè sequentur ordinem meditationum Authoris, neque hinc inde evagabuntur, modo ex initio, modo ex fine libri meditationis suz materiam desumentes, excea ptis sestis principalioribus, in quibus bonum erit circa mysteria, quz illa nobis repræsen-

tant, meditanda occupari.

Septimo: Etsi bonum omnino sit materiæ & stylo authoris penitus insistere, maxime pro iis, qui hoc sacrum oraționis exercitium non ita pridem excoluerunt, ut ita majorem se extendendi ac dilatandi facilitatem acquirant; illud attamen absolute necessarium non est, imo non raro multo magis expedit utifacilitate naturali & ingenii nottri industrià, eo quod ea, quæ à nobis ipsis proveniunt, plus habere soleant energiæ, majoresque in animis nostris fructus pariant iis, quæ ab aliis procedunt. Quod si inter legendum Fratres nostri in aliquam sententiam inciderint, quæ ipsis considerationis alicujus bonæ materiam suppeditet; illam diligentet annotare poterunt, ut inde unam è meditationis considerasionibus faciant & experientia discent, animabus

DE PRÆPARATIONE

mabus inde suis plus emolumenti ac satisfa-Ctionis accedere.

13

IT EL

21

re

€0

EL

n

ddla

n

Ptila

n

Octavo demum, ubi hac ratione materiam, ac puncta meditationis determinaverint, sibi ob oculos proponent fructum, five generalem, sive particularem, quem exillorum consideratione potissimum possunt aut debent aut volunt elicere, unus è generalibus erit, exempli gratia, dolor de peccatis, illa per poenitentiam expiandi propositum, & similia. Particularis erit praxis alicujus actus certæ virtutis, aut actus mortificationis, aut fuga alicujus pravæ occasionis & similia. Nihilominus illi fructui ita sirmiter non insistent aut adhærebunt, quin multo amplius ductui Spiritus sancti se resignent, qui illis tortaffis inspirabitalios, quibus pro tunc amplius indigebunt.

Prapara-Bio ex partevoluntatis.

Eundum Ezonem 64m magno desiderio profiesends.

Jam vero ad dispositionem voluntatis quod attinet, ante omnia necessarium est, ut magnum in oratione proficiendi desiderium concipiant, quod si in seipsis non persentiscant, ipsum pia aliqua confideratione excitent oportet, est ad ora- properando, exempli gratia, ad hoc sanctum exercitium haud secus atque avarus ad amplum, quo apprime ditari possit, thesaurum, aut viator sitibundus ad pellucidum quendam fontem, quo sitim relevare queat, aut sicut famelicusad opiparum, quo famem levare polsit, convivium, aut denique veluti infirmus fanitatis suæ percupidus ad medicinam accelerare consueverunt. Oratio enim bona spiritualia enumeratis omnibus multo ampliora continet ac pretiosiora,

Verim

AD ORATIONEM.

20

li

n

IS

S

S

Verum, an non hoc unicum ad ardens orarionis desiderium in nobis concitandum inciramentum sufficiat, considerare videlicet, quantumbonum sit loqui ipsi Deo ? Quod si gratia ista nobis non nisi semel quorannis indulgeretur; O quanto cum desiderio tempus illud fortunatissimum expectaremus? Quodisigitur Deus erga nos est adeo benignus, misericors, ac liberalis, ur omni nobishora, omni momento atque omniloco liberum ad se concedat accessum, nunquid hæcillius facilitas, indulgentia, ac bonitas nos tepidos, negligentes ac languidos, & non potius devotos ac ferventes reddat oportet? Secundo oportet ad oratio- oportet nem confugere, five accedere forti cum pro- proponere polito illam nequaquam dimittendi, quan- ab oratiotumcumque in illa difficultatis reperiamus ac ne non delaboris: Verum potius in illa constanter ad fi- sistere, nem usque persistendi. Et licet quandoque ac- eumque cideret, ut aliud facere omnino nihil possemus, quis ex. quam quod oculis in crucifixum subinde con- periatur jectis interius diceremus: Protuiamore o Do- difficultad mine Jesu hicexisto, vel ex hoc ipso fructum non modicum reportaremus.

CAPUT IV.

De ingressu orationis.

C Upponendum est primo cum omnibus spi-Pritualis vitæ magistris id quod confirmat experientia, tempus videlicet, locum & corporis situm multum conducere ad orationem mentalem.

T 69% .